



Nachgeliefertes

# Programm

des

Königlichen Gymnasium zu Lyc

für

Michaelis 1840.


---

## Inhalt:

1. Aufsatz: Observationum grammaticalium particula II.  
vom Professor Dr. Cludius.
  2. Schulnachrichten von dem Director Dr. Rosenheyn.
- 

Königsberg, 1840.

Gedruckt bei E. S. Dalkowski.



aB 1721

## *Observationum grammaticalium particula secunda.*

---

**A**liquot ante annos specimen dedi observationum grammaticalium, quae ad temporum potissimum verbi Latini rationem pertinerent. In ea scriptiuncula quoniam Zumptii maxime grammaticam respexeram, credebam fore, ut vir ille doctissimus in nova editione libri sui compluria aperte falsa secundum eam mutaret. At enim aut non vidit, aut non curavit. Plura ergo scripturo occinebat animus: „*Quis leget haec?*“ si ne is quidem, cuius causa, si unius ullius, illa scripseram, animi sui adversione digna existimasse vi-sus est. Quamquam erat, quo me in aliorum neglectu facile solarer. Satis enim scio, quod e pluribus postea audivi, Lobeckio, viro in hoc doctrinae genere principi, non mediocriter illa esse probata. *Eἰς ἐμοὶ μύριοι.* Hoc si prius cognovissem, et materia suppetebat satis ampla similium scrip-tionum, nec animus defuisset. Sed mox ad alia sum studia delatus, etsi nunquam ullum intermisi tempus, quin artem grammaticam meo more co-lerem. Et natura enim mea inde a prima iuventute eo ferebat, ut quid verum atque decens esset, ante omnia curarem et quaererem, et ipsa munera mihi iniuncti ratio hoc postulare videbatur. Factum est enim ne-scio quomodo, ut, ex quo publice docere coepi, semper primae gymnasii

classi religionis christianaæ doctrinam tradere iussus sim. Quod quum non casu accidisse videretur, eo maiore studio philosophiae et theologiae doctrinam sum amplexus, id agens summopere, ut, quantum quidem pro ingenii mei modo et praesidiorum litterariorum mediocritate liceret, quid verum, quid falsum esset in maximis rebus, certa persuasione statuere possem. Quamquam enim  $\pi\acute{\iota}\sigma\tau\acute{\iota}\varsigma$ , non  $\gamma\acute{\iota}\omega\sigma\varsigma$ , hominem Christianum facit deoque acceptum, sine philosophia intelligebam non posse non infirmam esse persuasionem hominis in optimis artibus et litteris innutriti; denique si quis aliis religionis divinae praecepta et dogmata tradere vellet, persuasionemque, vel in animis sponte natam, vel divino quasi instinctu ortam confirmare, eum vero non satis esse antiquitus traditae doctrinae inhaerentes credere iubere, sed in quantum fieri possit efficere ut credant, et dubitationibus, quae vita humana proferre solet, obviam ire. Ita quum magis magisque bonam partem otii mihi concessi in philosophorum et theologorum scriptis cognoscendis consumpsisset, sedulo animo agitare coepi, ut aliquid eorum, quae in hoc genere meditando invenisset, litteris mandarem. Herbartii et Schleiermacheri ethica, dissimilia illa sane, comparare tentabam, quatenus id homo non de schola philosophus, et tamen philosophiae studiosus facere posset. Semper enim dolui, alterum eorum parum, alterum nullam alterius rationem habuisse, quum utriusque ea sit subtilitas philosophandi, ut a nullo, qui ad ingenii laudem adspiret, negligendus esse videatur. Sed sat multis negotiis obstrictus et valetudine praepeditus incommodo nolui nunc dubiae me ingenii aleae committere, satisque habui, ex iis, quae magis in promptu erant, grammaticalibus paucula e chartis expromere. Itaque me retuli ad illam de temporibus verbi Graeci et Latini disputationem, quam in programmate anni MDCCXXX exorsus sum, initio facto ab iis, quae tum scripseram, confirmandis. Quodsi Schmidtii Halensis nuperam de temporibus dissertationem legendo cognovissem alia omittendi, alia retractandi fortasse locus esset. Verum de industria manum abstinui, ut, si forte, duplex testimonium pro simplici exstaret.

Ad ea, quae tetigi p. 4 de intransitivorum verborum ut transitivorum usu, pertinet quodam modo Aristot. soph. elench. I, 4. fin. *Oἱ δὲ (τρόποι τοῦ ἐλέγχειν) παρὰ τὸ σχῆμα τῆς λέξεως συμβαίνονται, δταν τὸ μὴ ταῦτὸν ὀδεύτως ἐρμηνεύνται, οἷον . . . τὸ ποιοῦν πάσχον, ἢ διακείμενον ποιοῦν . . . ἔστι γαρ τὸ μὴ τῶν ποιεῖν ὃν ὡς τῶν ποιεῖν τι τῇ λέξει σημαίνειν, quamquam exemplum quod subiungitur ad declinationem, non ad constructionem verborum respicit. — Sed obiter adnoto, usum illum infinitivi omnium liberrimum, qui videtur ab Aristotele demum inventus, ut hoc modo loqueretur, τῶν ποιεῖν τι, a grammaticis solere neglegi.*

Deinde quod eadem pagina significavi, factum Latine etiam de praesentibus et futuris posse dici, Ciceronem habeo auctorem, etsi non mea causa in hoc agitur. In rhetoricis veteribus I, 8 haec eius verba sunt: „*Ac facti quidem controversia in omnia tempora potest distribui, nam quid factum sit, potest quaeri hoc modo: occideritne Aiacem Ulysses; et quid fiat, hoc modo: bonone animo sint erga populum Romanum Fregellani; et quid futurum sit, hoc modo: Si Carthaginem reliquerimus incolumem, num quid sit incommodi ad rem publicam peruenturum.*“

De imperativo mox verbum inieci, quum cautione opus esse dixi, ne nomine imperandi in fraudem inducerentur pueri. Quae admonitio ne supervacua esse videatur, vel id potest esse documento, quod Protagoras sive serio, sive ioco, sive etiam, ut aliis fucum faceret, Homerum calumniari potuit, quod imperativo usus *Μῆνιν ἄειδε, Θεὰ,* dixisset. *τὸ γὰρ κελεῦσαι, φησὶ, ποιεῖν τι ἢ μὴ, ἐπίταξίς ἔστι.* Aristot. poët. cap. 19 Herm. Homines quidem de vulgo a litteris non alieni non sua sponte in talibus errant, sed, ubi audiverunt, a doctis hominibus hoc vel illud tamquam verum statui, dubitare incipiunt illorum auctoritate commoti. Litterati vero nominibus technicis haud raro in fraudem inducuntur, ut Protagoras fortasse *προστακτικοῦ*, sic hodie nimis multi, ut hoc utar, imperfecti nomine, quasi id rem hoc tempore nondum perfectam significet. Cuiusmodi error ut non est mirandum

si a Franciae linguae grammaticis frequentatur, ita Zumptio miror simile quid aliquando excidisse.

§. 525. In Hinsicht . . ist zu bemerken, daß oft vollendete Handlungen aus vergangener Zeit dadurch, daß . . . das Imperfectum statt des Plusquamperfecti gesetzt wird, in die gegenwärtige Zeit, wenigstens zum Theil gerückt werden.

Pag. 7 et 8 attigi consuetudinem illam Graecorum, qua aoristum de eo, quod interdum aut saepe usu venit, aut quod fieri solet, ponunt. Res non nova est; sed quandoquidem adhuc pauca huius usus exempla proferri video, non piget quaedam protulisse, prouti aliud agenti se mihi obtulerunt. Neque enim data opera hoc unquam egi, ut exempla conquirerem ad confirmandum aut labefactandum locum aliquem grammaticae idonea, quantumvis hoc scio utile esse, atque adeo, ut res quaepiam certo conficiatur, persaepe necessarium, sed quae mihi forte notabiliora inter legendum occurrisse, ea plerumque subnotavi. Aesch. Agam. 181. στάξει δὲ ἐν Θύπτῳ πρὸ καρδίας μηνησιπήμων πόνος καὶ παρ’ ἀκοντας ἡλθε σωφρονεῖν. Soph. Ant. 296 sqq. τοῦτο (ἀργυρος) καὶ πόλεις πορθεῖ . . πανουργίας δὲ (?) ἔδειξεν ἀνθρώπους ἔχειν. Eurip. Hecuba 117. ἀλλ’ οὐ δύναντ’ ἀν διὰ τέλους εἶναι σοφοί, κακῶς δὲ ἀπώλοντ’, i. e. plerumque eiusmodi homines pessum ierunt. Aristot. categ. 5, 11 Buhl. δὲ . . διὰ πάθος πολλαὶ μεταβολαὶ χρωμάτων, δῆλον· αἰσχυνθεῖς γάρ τις ἐρυθρὸς ἐγένετο, καὶ φοβηθεὶς ὠχρός. Minus hoc pertinere cuiquam videatur, ibid. η, 17. οὔτε γὰρ τυφλὸς γενόμενός τις ἀνέβλεψεν, οὔτε φαλακρὸς ὁν κομήτης ἐγένετο, οὔτε τωδὸς ὁν ὀδόντας ἐφυσεν, in quo aoristus praeteriti ille indefinitivus praeditus perfecto Latinorum verti potest, tacite addito unquam; quum in priore exemplo simili modo addendum sit saepe. Ethic. Nicomach. V, 4, 8. Μέσον ἄρα τι τὸ δίκαιον, εἴπερ καὶ δὲ δίκαιοτης. δὲ δικαιοτης ἐπανισοῖ, καὶ ὀςπερ γραμμῆς εἰς ἀνισα τετμημένης, φ τὸ μεῖζον τμῆμα τῆς ἡμισείας ὑπερέχει, τοῦτο ἀφεῖλε καὶ τῷ ἐλάττονι τμήματι προσέθηκεν. Pleniora exscripsi loca veterum scriptorum, ut ea sine molestia sua reco-

gnoscere possent, qui his qualibuscumque annotatiunculis usuri essent, praesertim quum scirem, nudas locorum, ubi quidque querendum esset, significaciones frustra plerumque suscipi. Atque haec animadversio non paucos nostrae aetatis litteratos, ut e theologis Dewettium, Gieselerum, (nam hi primi ferme hanc viam ingressi sunt) commovit, ut loca scriptorum a se adhibita typis continua exscribi iuberent, contempto fucatae eruditionis per sigla choragio. Etiam e sacris scripturis quaedam addere visum est, quidquid subsannent severioris disciplinae et quasi strictioris ordinis grammatici <sup>1)</sup>. Exceptis enim hebraismis eam video temporum verbi rationem sequutos esse plerumque Novi Testamenti auctores, quae omnibus Graece loquentibus in usu esset. Lucae 1, 51 sqq. ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ· διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους . . καθεῖλε δυνάστας . . πεινῶντας . . ἐνέπλησεν ἀγαθῶν &c. nam 1, 47 aeristus ἡγαλλίασε p. praesenti ex alio est genere. — In duobus consimilibus locis Luc. 6, 48 sq. ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ οἰκοδομοῦντι οἰκίαν, ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε &c. et Matth. 7, 24

1) Omnino artior est quaedam coniunctio linguae Graecae, et fortasse etiam litteraturae, cum lingua et mentibus Hellenistarum Syriae et Palæstinae, quam plerique in animum inducunt. Namque inde ab Alexandri Magni temporibus quum sub Graecanico eius διαδόχων imperio milites, coloni, aulici natione Graeci magno numero in terras illas immigrassent, et non paucae urbes, ut amplissima omnium Caesarea, maxima ex parte a Graecis incolerentur, lingua Graeca, corrupta illa quidem plus minus et rustica, vulgo uti coeperunt veteres habitatores. Sic minus est mirabile, quod Petrus, Johannes, Jacobus apostoli Graeco sermone in scribendo usi sunt, utpote qui et ipsis satis esset familiaris, et iis, quibus scribebant. Consentaneum est, ne Jesum quidem Dominum huius linguae fuisse imperitum. Neque eum cum Pilato per interpretem colloquutum esse credibile est. Quid, quod apud Paulum Tarsensem plura fortasse vestigia exstant cujusdam cum sophistis commercii, quam usque hodie confiteri ausi sunt theologi? Me quidem maxime advertit ac vehementer legentem percussit locus Aristotelis politicorum III, 8 κατὰ δὲ τῶν τοιούτων

sqq. ὁμοιώσω αὐτὸν ἀνδρὶ φρονίμῳ, δόστις φυκοδόμησε &c. simile illud, quod ad comparandum adhibetur tamquam res olim facta proponitur, quo pacto id, quod aut solet fieri aut interdum accidit, Homeri exemplo quadam quasi historiola vel fabula declaratur. — Graecorum hanc in usurpando aoristo consuetudinem imitatus est Ovidius Amorum I, 10, 27. „*Non equa munus equum, non taurum vacca poposcit, non aries placitam munere captat ovem.*

Futuri in simili sensu (p. 8.) exemplis haec addideris. Pindar. ap. Platonem in Menom §. 14. Buttm. *Οἶσιν Φερσεφόνα ποιῶν παλαιοῦ πένθεος δέξεται, εἰς τὸν ὑπερθεν ἄλιον κείνων ἐνάτῳ ἔτει ἀνδιδοῖ ψυχὰν πάλιν.*, ubi, ut saepe in comparationibus, praesens deinde infertur. — Aoristus succedit futuro in loco a Mattheiae laudato Pind. Ol. 7. *Φιάλαν ᾧς εἴ τις δωρήσεται νεανίᾳ γαμβρῷ προπίνων, — ἐν δὲ, φιλῶν παρεόντων, θῆκε μιν ζαλωτὸν διμόφρονος εὐνᾶς.* Mutatio temporis est etiam in Ethicis Nicomacheis V, 3, 9. *Ἡ μὲν οὖν διηρημένη (ἀναλογία) ὅτι ἐν τέτταροι, δῆλον.* Ἄλλὰ καὶ ἡ συνεχής. τῷ γάρ ἐνī ᾧς δυσὶ χρήσεται καὶ δἰς λέγει (τὸ ἐν). Praesens item futuro iunctum Soph. Antig. 349: *Κρατεῖ δὲ μηχανᾶς ἀγράνιου Θηρός δρεσσιβάτα, λασιανχένα δ' ἵππον ἔξεται ἀμφίλοφον* ζυγόν οὐρανον τ' ἀδμῆτα ταῦρον. Locus corruptus fortasse restituatur inserendo post ἵππον vocem δὲ, aut δν, quae propter similitudinem praecedentis syllabae facile excidere poterat, si, ut Schol. ait, λείπει ἡ ὑπό, et hoc amplius si θῆρ genus est, cuius species ἵππος et ταῦρος. Sed Hermannus futurum h. l. repudiat, propterea quod haec futuri potestas, qua, quae solent fieri significet, tantummodo in conditionali sententia locum habeat. Nescio, quam hic conditionalem sententiam dicat vir ingeniosus; hoc mihi videor videre, falsa specie deceptum fuisse. Neque enim aut verbo expressam semper conditionem reperias, aut tacite intellectam ac sub alio verbo

---

οὐκ ἔστι νόμος· αὐτὸς γάρ εἰσι νόμος, qui totidem verbis exstat apud Paulum, ad Galatas 5, 23 et ad Romanos 2, 14.

latentem, neque aut conditionem semper futuro significatam in talibus locis, aut conditionis effectum. In protasi quidem est futurum apud Pindarum loco supra allato εἰ τις δωρίσεται, et tecte in altero Pindarico οἷσι Φ δέξεται, quod perinde est ac si dicas ἐὰν δέξηται. — In apodosi conditionalis propositionis, ut vix dicere licet id exstare ap. Lucam cap. 5, v. 37: Οὐδεὶς βάλλει οἶνον νέον εἰς ἀσκοὺς παλαιούς εἰ δὲ μή γε, δέξεται ὁ νέος οἶνος τὸν ἀσκοῦς, καὶ αὐτὸς ἐκχυθήσεται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται: non enim εἰ δὲ μή vere conditionem denotat aut aliquid in sequentibus verbis efficere potest: ita in promptu erat dicere ἦν τις τοῦτο ποιήσῃ<sup>2)</sup>. At huiusmodi artificium non omnibus locis salva sententia adhibeas, ut

2) In locis Lucae parallelis Math. 9 et Marci 2 unum futurum ἀπολοῦνται eum praesentibus coniunctum legimus hoc modo: δέχεται οἱ ἀσκοὶ, καὶ ὁ οἶνος ἐκχεῖται, καὶ οἱ ἀσκοὶ ἀπολοῦνται. Ubi miror de Wettium non dicere, hoc, notabile sane, a Mattheo transscripsisse Marcum. Sic enim solet alium ab alio evangelistarum aliquid mutuatum esse dicere. Evidem permagni facio Dewettii explicationem Novi Testamenti, ut in qua et copia doctrinae sit eximia et subtilitas iudicii; sed in hac re prorsus eum a vero aberrasse arbitror, quod sibi persuasit, scriptores illos non solum, quae ipsi vel fama et auditione percepissent inde ab αὐτόπταις et τοῖς ἀπ' ἀρχῆς ὑπερέταις γενομένοις τοῦ λόγου propagata, vel quae ipsi per se forte cognovissent, vel quae e singularibus curiosiorum Jesu auditorum libellis hausissent (nam id quoque accidisse est verisimile) litteris mandasse, sed Lucae Matthaeum, Matthaeum Lucae, Marco utrumque inter scribendum ad manum fuisse; quasi vero illo aevo et illa in gente illiusmodi librorum opifices fuerint. Aliiter sentiebat Schleiermacherus, qui in libro de Lucae scriptis eiusmodi opinionem vehementer aspernabatur et perhorrescebat. Immo singuli evangelistae, quod res ipsa et scribendi genus arguit, seorsim scripserunt, ceterorum ignari. Quae res sua sponte et firmis argumentis mihi certa (neque enim veritatem ex eventis aestimare didici) etiam hoc habet boni, quod nunc pro uno aut duobus quattuor testes peculiares evangelicae historiae habemus, quo nihil ad stabiliendam veritatem magis opportune videtur accidere potuisse.

v. c. Aristoteleo supra laudato χρήσεται, nimirum in quo lateat **s**emper, ita ut absurdum sit supplere ἢν τις βούληται aut simile quid. In loco quidem Demostheneo a me iam olim citato dicat fortasse Hermannus, δέ μὲν τοῖς γονεῦσι μόνον γεγενῆσθαι νομίζων significare ἢν τις νομίζῃ; ap. Thucydidem vero II, 41 καὶ οὐδὲν προσδεόμενοι οὔτε Ὁμῆρον ἐπαινέτον, οὔτε δοτις ἔπεσι μὲν τὸ αὐτίκα τέρψει, τῶν δὲ ἔργων τὴν ὑπόνοιαν ἡ ἀλήθεια βλάψει argutetur, puto, qui dicat conditionalem esse propositionem, propterea quod δοτις sit εἴ τις. Nemo enim sic loquatur ἢν τις τέρψῃ, οὐ προσδεόμενα αὐτοῦ ἐπαινέτον. Conditionis porro nec vola, nec vestigium est in talibus, qualia permulta leguntur: Οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ θεῷ πᾶν δῆμα Lucae 1, 37.

Magnopere porro asseveravi, Latinorum participium futuri activi et coniugationem periphrasticam, quae eius ope formaretur, proprie ac sua vi, itidem ut Graecum μέλλειν, mere rem futuram quoque tempore significare, sed ita futuram plerumque, ut causae iam adsint vel in comperto sint, cur quidque futurum sit; idemque negavi, utrumque sua sponte aliud quid significare, ut v. c. voluntatem, necessitatem, nisi κατὰ συμβεβηκός. Quoniam enim id quod quis in animo habet facere aut quod iussus est facere, aut quod necesse est fieri, peraeque futurum est, consentaneum videtur, singula variis saepe modis, salva re et sententia posse dici, v. c. Venturus est, venire eum necesse est, venire constituit. At si compertum sit, aliquid impeditimenti obstare, quo minus propositum consilium aut iussum exsequaris, non possis te dicere esse venturum, quantumvis cupias, aut vehementer impellaris. Non novam me rem proferre putabam, sed a plerisque non satis animadversam, ita ut liquide aliquando pronuntianda esset, quo facto neminem non assensurum arbitrabar. Saepe enim fit, ut quod verum est, animis hominum sit insitum, ab iisque sentiatur, et tamen non clare videant, neque errorum sint immunes, antequam pronuncietur. Sed falsus sum animi. Zumptius quidem certe mordicus tenet eam opinionem, quam semel de propria illa, quam sibi commentus est, potestate participii futuri imbibit, tamquam voluntatem id significet. Idem etiam per novissimas edi-

tiones grammaticae suae propagavit, quae de transitu significationis dixerat: indem die Bedeutung des Wollens in die des Werdens übergeht §. 497, et repetivit, facile esse intellectu, quomodo talia praeterita, qualia sunt facturus fui, excursurus fueram, quum proprie propositum animi significent, in sensum coniunctivi plusquamperfecti hypotheticum converti potuerint. §. 498. Quasi vero in locis a Zumptio proxime subiectis volendi vis subsit participiis, et non multo expeditior sit ad hypotheticum usum via in ea, quam ego propriam his participiis assero, potestate. „*Mazaeus, si transeuntibus flumen supervenisset, haud dubie oppressurus fuit incompositos.*“ Num voluit opprimere? Fortasse tantam spem animo non conceperat. Sed fac voluisse; non tamen ea vis est verbi h. l., imo hoc dicitur: futurum fuit, ut oppimeret, i. e., ut hodie loquimur, veri simile erat, es war zu erwarten; deinde omissum est: et fecisset, ut adiungatur conditio si supervenisset. Cf. Sueton. Caes. 52. (Caesar) paene Aethiopia tenus Aegyptum penetravit, nisi exercitus sequi recusasset quo loco nemo non videt sine ulla sensus immutatione scribi potuisse: Caesar Aethiopia tenus penetraturus erat. Neque violenter in alium sensum hac ratione flectuntur verba Suetonii, quia paene penetravit; idem est ac penetrabat<sup>3)</sup>. Eadem ratio est alterius loci: „*Teucras fuerat mersura carinas, ni prius in scopulum transformata foret*“, in quo Zumptius primariam propositionem, quae prior ordine est multis communi errore perperam apodosim vocat. Falsum est enim, naturalem ordinem esse, ut conditio priorem locum occupet. — In Graeco μέλλειν item a multis saepe ac variis modis erratur, quod vel ex Passovii lexico intelligas, qui complura Homericā parum recte interpretatur. Sed hoc satis vulgare est, consilium vel voluntatem eo indicare perhibere. Sic lapsus est, ut hoc utar, doctissimus Engelhardt. ad Platonis apol. Socr. p. 196 καὶ εἰ μέλλει ὀλίγον χρόνον σωθῆσεσθαι i. e. ut vel brevi tempore

<sup>3)</sup> Eodem cap. legendum videtur: „*filiūque natūm appellari (non appellare) nomine suo passus est.*“

*salvus sit*, dum haec per festinationem vertit: „*etiam tum, si quis salvus esse vel brevi tempore volet*“ (*velit*). Quum nos Germani verbo careamus quod omnibus in locis Graeco illi commode substituatur, ad alia confugere solemus, prouti rei et sententiae ratio tulerit. Hoc loco dicas: wenn er nur furze Zeit sich erhalten soll, so muß er als Privatmann leben. — Sed causa similium errorum haec est, quod multo pauciores, quam putes, vocabuli cuiusque et formae grammaticae primitivam ac propriam vim ipsi per se diligenti veterum scriptorum lectione cognoscere conantur, et etiam doctiores interdum minus quam par est primitivos usus indagare et per omnes consuetudinis ambages perseverunt, quo fit, ut nec totum in hoc genere ponere sciant, et identidem ad patrii sibi quisque sermonis usus relabantur. — Nunc, de quo agitur, exemplis aliquot proferendis planum faciam, verbum μέλλω et Latina participia futuri activi purum putum quod futurum est, sine ulla adsignificatione indicare. In Platonis apol. Socr. §. 28 est: ἐτιμησάμην δὲν χρημάτων, δόσα ἔμελλον ἐπίσειν. Vertat quispiam „*quantas possem persolvere pecunias.*“ At non quisquis potest persolvit; et verbo illo plus significatur, persolutum iri. Similia sunt haec Isocr. contra Sophistas init. Εἰ πάντες ἡθελον — μὴ μεῖζους ποιεῖσθαι τὰς ὑποσχέσεις ὃν ἔμελλον ἐπιτελεῖν. Thucyd. III. 20: ἡριθμοῦντο δὲ πολλοὶ ἄμα τὰς ἐπιβολάς· καὶ ἔμελλον οἱ μέν τινες ἀμαρτήσεσθαι, οἱ δὲ πλείους τείξεσθαι τοῦ ἀληθοῦς λογισμοῦ. Haec latine nonnemo reddat: Veri simile erat, vel fieri poterat vel necesse erat; at, si verum quaeras, nihil amplius dicitur, quam hoc: futurum fuisse, ut et in numerando vel computando a vero aberrarent et plures tamen iustum numerum invenirent, neque oculorum imbecillitate, neque mentis ratiocinatione decepti. cf. Matth. 17, 22: Μέλλει δὲ νίδις τοῦ ἀνθρώπου (Videtur animadversione dignum, quod nusquam in N. T. δὲ νίδις τῆς ἀνθρώπου scriptum exstat) παραδίδοσθαι εἰς χεῖρας ἀνθρώπων. Johannis 4, 47 ἔμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν. Scio haec pauca esse ex ingenti numero exempla et non magno cum labore vel plura millia e lexicis et indicibus, aut ex ipsis scriptoribus, si hoc de industria

agas, posse coacervari, neque ego nego tali negotio fructum suum constare; sed quoniam studiorum meorum ratio non tulit, ut talia hoc tempore moli-  
rer, paratis copiis usus ea posui, quae cuipiam fortasse accommodata videri  
possent, ad id quod proponitur demonstrandum. Sequuntur Latina. Ac  
primum Horatiano, quod olim attuli, concinit hoc Ovidii heroid. epist. 15,  
102: „Denique non timui, quod dolitura fui.“ Nobis hoc non nisi cum ad-  
ditamento Germanice reddere licet: was ich leiden sollte. Nempe futurum  
erat, ut dolorem, quia sic in fatis erat. 13, 90: „Signa reversuri sint, pre-  
cor, ista viri“. Justin. II, 12. (Themistocles) „quum colloquendi copiam non  
haberet, quo applicituri erant (Jones), symbolos proposuit“ nos: wo sie anle-  
gen müßten. Liv. 22, 39: „Cum hoc omnibus locis ac temporibus certaturus es“  
et mox: „Varro dux tuis te militibus est oppugnaturus.“ 34, 31. „Nunc im-  
perare animo nequivi, quin prius quam perirem, cur periturus essem, scirem.“  
Suet. Aug. 97: „Negavit se suscepturum, quae non esset soluturus.“ In hy-  
potetice enuntiatis semper ellipsis est, ut in indicativis, quibus coniuncti-  
vus imperfecti vel plusquamperfecti adiungitur <sup>4)</sup>, id quod iam ante hos vi-  
ginti sex annos asserui. Liv. 34, 4: „Cur paupertas aliarum sub hac legis  
specie latet, ut quod habere non possunt, habituae, si liceret, fuisse vi-  
deantur?“ Dicant illae mulieres: Habituae fuimus, sive habere po-  
tuimus, illa ornamenta, et habuissemus, si per legem liceret. 34, 18.  
„ita mota omnia accepit, ut . . . nec, nisi in tempore subventum (obsessis) foret,  
ultra sustentaturi fuerint.“ 41, 24. „Divinat etiam, quae futura fuerant, si  
Philippus vixisset.“ Paulo post: „(nescimus) quid Philippus, si vixisset, fa-  
cturus fuerit.“ 35, 1. „Nec dubium est, quin omnis Hispania animos sublatura  
fuerit, ni alter praetor . . . multa secunda proelia fecisset.“ 4, 38. „Nec du-  
biu[m] erat (est?) quin, si tam pauci simul obire omnia possent, terga daturi

---

4) cf. Liv. 37, 24: „Eudamum in alto multitudine navium maxime Hannibal,  
ceteris omnibus longe praestantem urgetabat, et circumvenisset, ni . . . omnes . . .  
naves ad opem ferendam concurrisserent.“

*hostes fuerint.*“ 3, 60. „*Quod si extemplo rem fortunae commisisset, haud scio an magno detrimento certamen staturum fuerit.*“ Suet. Tib. 17. „*Quintilius Varus . . . periiit, nemine dubitante*“<sup>5)</sup>, *quin victores Germani iuncturi se Pannoniis fuerint, nisi debellatum prius Illyricum esset.*“ Ibid. cap. 62<sup>6)</sup>: „*Quod nisi eum mors praevenisset . . . , plures aliquanto necaturus ac ne reliquis quidem parsurus creditur.*“ 35, 32. „*sua quemque habiturum fuisse*“ sc. si Philippi integris rebus intervenisset Antiochus. — Denique verum non esse sed sponte sumptum, quod Zumptius §. 497 posuit: Die Perfecta rediturus fuerim undrediturus fuisse (i. e. omnia id genus) behalten ihren ursprünglichen (?) Sinn „vorhaben“ z. B. non dubito quin rediturus fuerit, ich zweifle nicht, daß er die Absicht gehabt hat zurückzuföhren; was nur in hypothetischen Sätzen in die Bedeutung des Plusquamperfecti coniunctivi übergeht“, haec quoque loca sint documento. nam addo etiam, in quo sit infinitivus, cuius eandem esse rationem consentaneum est. Liv. 39, 40. „*In hoc viro (M. Porcio) tanta vis animi ingeniique fuit, ut, quocunque loco natus esset, fortunam sibi ipse facturus fuisse videretur.*“ — Tolle hoc videretur, et aut facturus fuerit aut facturus esset dicendum fuerit. 23, 39. „*(Philippus rex Macedonum) ignarus de iis, quae cum Hannibale legatis suis convenissent, quaeque legati eius ad se allaturi fuissent.*“ 3, 50. (Virginius dicit) „*filiam quia non ultra pudica victura fuerit, miseram, sed honestam mortem occubuisse.*“ 8, 10. (Facile convenit inter Romanos Latinosque), *utrius partis T. Manlius dux fuisset* (i. e. factus esset), *eius futuram haud dubie fuisse victoriam.*“

5) Hujusmodi usus participii infectae actionis a recta ratione et consuetudine optimorum Latinitatis auctorum abhorret. Dicendum erat: neque (postea) dubabit quisquam. Novitii scriptores in notulis talia immodice frequentare solent: „*Hic dativus est, monente Valkenaerio.*“ „*Sic scripsit Horatius auctore Bentleio.*“

6) In eiusdem capituli initio sine dubio cuiusdam in cuiusquam est mutandum: „*neque cuiusquam supplicio pepercit.*“

# Schulnachrichten.

## Erster Abschnitt.

### Lehr- und Zuchtverfassung.

#### I. Lehrverfassung.

##### I. Lehrgegenstandsplan des letzten Schuljahres.

Klassen.		Wöchentliche Stunden.
I.	Hebräisch 2, Griechisch 6, Latein 8, Deutsch und philosophische Pro-päd. 4, Franz. 2, Relig. 2, Mathem. 4, Phys. 2, Gesch. 2 St.	32
II.	Hebräisch 2, Griechisch 6, Latein 10, Deutsch 2, Französisch 2, Religion 2, Mathematik 4, Physik 1, Geographie und Geschichte 3.	32
III.	Griechisch 6, Latein 10, Deutsch 2, Französisch 2, Religion 2, Mathematik 3, Naturkunde 2, Geographie und Geschichte 3 Stunden .	30
IV.	Griech. 6, Lat. 9, Deutsch 3, Rel. 2, Math. 3, Naturk. 2, Geogr. u. Geschichte 2, Kalligraphie 1, Zeichnen 2 Stunden . . . . .	30
III u. IV.	Gesang 2 Stunden. . . . .	2
V.	Latein 10, Deutsch 4, Religion 2, Mathematik 4, Naturkunde 2, Geographie 3, Kalligraphie 3, Zeichnen 2 Stunden . . . . .	30
VI.	Latein 10, Deutsch 5, Religion 2, Mathem. 4, Naturkunde 2, Geographie 2, Kalligraphie 3, Zeichnen 2 Stunden . . . . .	30
V. u. VI.	Gesang 2 Stunden . . . . .	2
	Zusammen	188
	3	

## 2) Vertheilung der Lehrgegenstände

Lehrer.	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	Wöchentl. Stunden.
Dr. Rosenheyen, Director.	Hör. 2, Franz. 2, philos. Pro- päd. u. Deutsch 3 Stunden.		Französisch 2 Stunden.	Religion 2 Stunden.			11
Prof. Dr. Claudio, 1ter Oberlehrer u. Rendant.	Griech. 6, Relig. 2 St.	Griech. 6, Relig. 2 St.			Relig. 2 St.		18
Chres- einski, 2ter Oberl. u. Ordin. auf I.	Mathemat. 4, Physik 2, Hebr. 2 St.	Mathem. 4, Physik 1, Hebr. 2 St.	Math. 3 St.				18
Kostka, 3ter Oberl. u. Ordin. auf II.	Lat. 6 St.	Lat. 10 St.		Geograph. u. Gesch. 2 St.			18
Dowitzkeit, Oberl. u. Ordin. auf III.	Dtch. Aufs. 1 Stunde.		Griechisch 6, Latein 10, Religion 2, Naturek. 2 St.				21
Uebertrag.	30	25	25	4	2		86

## unter die Lehrer im letzten Schuljahrre.

Lehrer.	I.	II.	III.	IV.	V.	VI.	Wöchentl. Stunden.
Uebertrag.	30	25	25	4	2		86
Dr. Jacobi, Ordin. auf V.			Deutsch 3, Geograph. u. Geschichte 3 Stund.	Deutsch 3 Stund.	Latein 10, Deutsch 4 Stund.		23
Gorjitsa, Ordinar. auf IV.		Deutsch 2 Stund.		Griech. 6, Latein 9, Math. 3 Stund.	Geograph. 3 Stund.		23
Dr. Horch, Ordinar. auf VI.	Geographie u. Geschichte 2 Stund.	Französ. 2, Geograph. u. Geschichte 3 Stund.				Latein 10, Deutsch 5, Geographie 2 Stund.	24
Menzel.			Gesang = = 2 Stund.	Gesang = = 2 Stund.	Naturkunde 2, Math. 4, Kalligr. 1, Zeichnen 2 St.	Naturkunde 2, Math. 4, Kalligr. = = 3 Stund. Zeichnen 2 St.	30
	32	32	32	32	32	32	186

## 3) Tabellarische Uebersicht des Unterrichts.

Staßen.	Lehrgegenstände und deren wöchentliche Stundenzahl.													Wöchentl. Stunden im Ganzen.	
	Hebräisch.	Griechisch.	Latm.	Deutsch.	Französisch.	Religion.	Mathematik.	Naturkunde.	Phil. Prop.	Geographie.	Geschichts.	Palligraphie.	Zeichnen.	Gesang.	
I.	2	6	8	2	2	2	4	2	2	—	2	—	—	—	32
II.	2	6	10	2	2	2	4	1	—	1	2	—	—	—	32
III.	—	6	10	2	2	2	3	2	—	1	1	—	—	2	32
IV.	—	6	9	3	—	2	3	2	—	1	1	1	2	2	32
V.	—	—	10	4	—	2	4	2	—	3	—	3	2	2	32
VI.	—	—	10	5	—	2	4	2	—	2	—	3	2	2	32
	4	24	57	18	6	12	22	11	2	8	7	7	6	8	192

4. Lehrabschnitte, welche im letzten Schuljahre abgehandelt worden sind.

**Prima.** Lehrg. 2 jähr. — 1. Hebr. Psalm. B. 3 u. 4. Gramm. 2 St. — 2. Griech. Plat. Apol., Crit., Euthyphr., Hom. II. XVII—XX. Gramm. wöchentl. 1 Exc. 6 St. — 3. Latein. Cic. de Orat., Hor. ausgewählte Eposen., Carm. Saeul., Ars. P. Gramm. wöchentl. Exc., Ext. u. alle 5 Wochen 1 fr. Aufsatz. 8 St. — 4. Franz. Racines Athal. wöchentl. 1 Exc. 2 St. — 5. Deutsch und philos. Propäd. Log., monatl. 1 Aufsatz. Litteraturgesch. nach Koberstein. 4 St. — 6. Rel. Sittenl. Evang. Joh. 2 St. — 7. Math. Theorie der quadr. Gleichungen, Auflös. der höheren, welche sich als quadr. behandeln u. auf sie zurückführen lassen. Anwendung der trigon. Functionen auf die quadr. Gleichungen. Binom. Lehrsaß, höhere arithm. Reihen, log. und Kreisfunkt., Stereom. u. Trigonom. zusammengesetzte Aufg. 4 St. — 8. Phys. Die Lehre vom Weltgeb. u. Brettners Abschn. 10, 11, 12 u. 1. 2 St. — 9. Gesch. neuere v. 1740—1798. Gesch. der Franz. Revolution bis 1815. Wiederhol. der alten und mittleren mit bes. Berücksichtigung der Litter. der Griechen und Römer. 2 St.

**Secunda.** Lehrg. 2 jähr. — 1. Hebr. Die Elemente der Gramm. u. Kap. 1. u. 2. der Genes., das unregelm. Verb. das B. Ios. u. einige Kap. aus dem B. der Richter. 2 St. — 2. Griech. Xenoph. Cyrsp. II. u. III. Hom. Od. 1—3. Gramm. u. wöchentl. 1 Exc. oder Ext. 6 St. — 3. Lat. Cic. pr. Leg. Man. pr. Resr. Am. Liv. XXIV. Virg. Aen. I—IV. wöchentl. 1 Exc., vierteljähr. 1 fr. Aufs., fast täglich mündl. u. schriftl. Ext. Sprechüb. nach Abschnitten, welche aus Nep., welche zu Hause gelesen u. auswendig gelernt worden. 10 St. — 4. Franz. Gelesen nach Ideler Thl. III. p. 149—153. p. 333—342. p. 490—500. In 4 Wochen 3 Exc. Gramm. die Declin. u. Conjugat., besonders der unregelm. Verba. — 5. Deutsch. Litter. nach Koberstein. §. 181—203 nebst Probestücken. Gelesen Schillers Jungfr. v. O. u. A., monatl. 1 Aufs., wozu die Aufgaben oft vorher durchgesprochen und die Dispositionen vorbereitet wurden. Die Wiederholungen der Vorträge dienten zu mündlichen Uebungen. 2 St. — 6. Rel. Allgem. Religionsgeschichte, christl. Kirchengesch., Evangel. Marci Kap. 1—6. 2 St. — 7. Math. Arithm. u. geom. Reihen, Elementarlehre der Logarithmen, Gebrauch der Taseln, Wiederhol. der Syntaktik, binom. Lehrf. ebene Trigonom., Anwendung der Algebra auf die Geometrie, Wiederhol. des 6. B. der Elemente. 4 St. — 8. Phys. Brettners Abschn. 8—11 u. die phys.

Geogr. 2 St. — 9. Gesch. Mittlere nach Ellendt Period. 1—5. Wiederhol. der alten. 2 St. — 10. Geogr. Deutschland, der Preuß. u. Österr. Staat nach Voigt. 1 St. — 11. Gesang mit 1. Vierstimm. Choralges. u. Treffübungen in der chromat. u. Molltonleiter.

Nach der hohen Ministerialverfügung vom 24ten October 1837 hatten mit dem Anfang dieses Schuljahres die Singstunden auf den beiden obersten Klassen aufgehört, bis sie, nachdem die Direction auf die daraus hervorgehenden Uebestände aufmerksam gemacht hatte, namentlich, daß in der Folge bei öffentlichen Feierlichkeiten kein angemessener Gesang mehr möglich sein werde, auf den Grund einer Verfügung des Königl. Hochwürdigen P. S. C. vom 5ten November wieder eingerichtet wurden, und zwar, wie früher, so daß eine Stunde für die beiden oberen Klassen allein, eine zur allgem. Singstunde für die vier oberen Klassen bestimmt wurden.

